



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Hortulus Biblico-Moralis Et Asceticus**

**Pappus von Tratzberg, Franz**

**Ulm, 1725**

Dedicatio. Reverendissimo & Perillustri Domino Domino Francisco Carolo  
Pappus à Trazberg, Domino in Laubenberg & Rauchenzell, Cathedralis  
Ecclesiæ Constantiensis Decano & Insignis Ecclesiæ ad S. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61252](#)

DEDICATIO.

Reverendissimo & Perillustri Dōmino  
DOMINO  
**FRANCISCO CAROLO**  
PAPPUS à Trazberg,  
Domino in Laubenberg & Rauchenzell,  
Cathedralis Ecclesiæ Constantiensis Decano & Insignis Ecclesiæ  
ad S. Joannem Præposito.  
Perillustri ac Generoso Domino  
DOMINO  
**JOANNI ANDREÆ**  
de PAPPUS & Trazberg,  
L. B. IN LAUBENBERG ET RAUCHENZELL.

S. Cæs. & Regiæ Cathol. Majestatis excelsi Regiminis Superioris  
Austriæ Consiliario actuali, atque Ditionum Bregenz & Hohenegg Archi-  
Præfecto, nec non liberae & immediatæ S. R. J. Equestris Nobilitatis  
Consiliario ac Deputato Directoriali primario Cantoris  
Hegov. Algoviensis & Lacūs Bodamici.

Dominis Fratribus suis Observandissimis.

**I**nnocentes illæ deliciæ, quas Vobis Horti vestri, omni florum ge-  
nere exulti, astivô tempore afferunt, ansam mihi dedere: Hor-  
tulum hunc Biblico-Moralem & Asceticum Vobis dedicandi: ut quo-  
rum corpora recreant flores physici, eorum quoque animas recreant flores

X 2

mora-

## DEDICATIO.

morales & ascetici. Invito igitur Vos Observandissimi DD. fratres verbis Sponsæ Cantic. 5. Veniat Dilectus meus (uterque) in Hortum. Visurus in eo Charitatis Rosas, Castitatis Lilia, Violas Humilitatis, & sexcentos alios flores, quorum semina florentissimus ille Hortus mihi subministraverat, quem Deus Ipse Fons Hortorum Cantic. 4. Primitus per Moysen plantaverat.

Si stylum, scribendiisque methodum, quæ tam nobiles proponit flores, exactius considerabis, eritis forsitan dicturi cum Isaia cap. 1. *Velut Hortus absque aqua.* Sed defectum hunc supplebit irriguum superius, & aliud inferius Josue cap. 15. Textus videlicet S. Scripturæ tum Veteris tum Novi Testamenti, cœlesti succō plenissimi, figuris, allegoriis Historiisque conjuncti, atque SS. PP. & Doctorum Ecclesiæ sententiis selectissimis permixti. Hæc sacræ lectionis materia; etsi displiceant cætera, non poterit non placere, factura certè: ut sicut fuistis hactenus, ita pergatis, magis ac magis bonus odor Christi esse. 2. Corinth. 2.

Clausulæ loco hoc unicum fraterno è pectore spiro: *Florete Eccles.* cap. 39. Florete virtutibūs, florete annis, donec utrīusque sat maturi, se-rò tandem deflorescatis, venturi abhinc in *Hortum Regis Jeremiæ* 52. Regis inquam, apud quem teste Apostolō Jacobō cap. 1. *Non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Ita voveo

*Perillustrium ac Observandissimarum  
Dominationum Vestrarum*

Devotissimus servus & frater

P. Franciscus Pappus à Trazberg,  
Professus Augiæ majoris Brigant.  
Ord. S. Benedicti p. t. Præbendarius  
in Bregenz.

Facul-